


Theodore
Besterman

466

P

S.

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
Research Library, The Getty Research Institute






DEORVM
DEARVMQVE
CAPITA

*Ex vetus fisi numismati-
bus in gratiam Antiquitatis
studiorum effigiata et
edita.*

*Ex museo
ABRAHAMI ORTELII
& Antwerpia
1573. 2. om.*



CLARISSIMO VIRO, DO-
MINO IOANNI SAMBVCO

IMP. M^{tis} HISTORICO,

Abrahamus Ortelius S.


V V M ego ab ineunte ætate, naturæ quodam, an cuius Genij nescio ductu, citra mea studia & occupationes, et si mihi fortuna satis tenuis, & ingenium exile fuerit, semper mihi tamen soleam huiusmodi antiqua numismata comparare; iisdemque tanquam studiorum delitiis, (nam sic ea libenter, & non immerito (vt mihi videtur) recte appellauerim) oblectari: Tibique eo nomine, Doctissime Sambuce, quum tu ex Italia rediens, hinc Albionem petebas, primùm innotuerim, non potui non has nostras eius generis primitias, ex ijsdem nostris antiquitatis monumentis productas, tuæ huma nitati dedicare. Non quòd hæc tibi, aut tuis Musis vtilitati, aut ornatui esse posse putauerim; vt qui ipsa numismata, (siue prototypa) vnde hæc ectypa sumpta sunt, abundè possideas; & præter omnem Venerandæ Antiquitatis supellectilem, quā tanta copia, in Italia, aliisque tuis peregrinationibus, vt iis ipsam Italiam quodammodo expilasse dicebaris; etiam ex ære & marmoribus huiusmodi Deorum Dearumque statuas, signa & sigilla tibi ad miraculum usque congefferis; Sed vt hic noster partus qualis qualis sit, duntaxat amicitiae & benevolentiae Mnemosynon inter nos extaret.

Vale vir ornatissime. Antuerpiæ,

CIO. IC. LXXIII.

Kal. Aug.

A ij.



Candidis Spectatoribus.

Peurimi fuerunt & olim, & nostra etate, qui Deorum scripserunt Historias, at qui ipsas iconicas imagines exhiberet, hactenus (quod sciam) inuentus est nemo. Quod tamen non nihil aliquando admiratus sum, cum huiusmodi imagines antiquarum lectionum & picturarum amatoribus multum oblectamenti adferri notum sit. Nam qui hoc genus delineationis, litterarum candidatis inutile & infrugiferum esse clamant, etiam omnia illa commentaria & quicquid in litteris de talibus à maximi nominis viris traditum est, eadem ratione nihil facere, & ad rerum cognitionem non conducere, temerè blaterant: quod quam absurdum sit, alijs iudicandum relinquo. Nos certè ex imaginibus & picturis ipsas res de quibus sermo habetur, aut apud bonos auctores legitur, melius intelligi, cum omnibus bene de litterarum studio sentientibus, sèpius experimur. Nónne videmus à Geographiae lectoribus, post summorum virorum, ut sunt Ptolemai, Strabonis, Melæ, Plinij, &c. doctissima scripta volumina, etiam ipsas tabulas vehementer expeti? An ne nostræ etatis Medicæ rei professores satagunt, ut post Galeni, Theophrasti, Dioscoridis, &c. exactissimos de herbarum natura libros, ipsas herbas, veris quam simillimas sibi & posteritati lineis & coloribus exprimant? Videmus Naturæ omniparentis sedulis indagatoriis non satis esse, quæ Aristoteles, Plinius, Aelianus, Oppianus, alijs clarissimi viri de eius omnis generis animantibus litteris tradiderunt, nisi etiam ipsa animalia figuris expressa ante oculos habeant. Astrologus quoque Cæli formam, stellarumq; & Planetarum in eo dispositiones, in pictis imaginibus confondere desiderat. Et quis non etiam Deorum (quorum nos hic capitadimus)

damus) statuas, quum eorum Historias legerit, non libenter cum
libris conferret? Posset etiam integræ eorum formæ ex numis-
matibus depingi quidem: at melius ex eorum statuis & sigillis,
quæ in Italia, alisque regionibus publicè prostant: aut in harum
rerum admiratorum Musæis hinc inde priuatim lateant. Miror
evidem à nemine Italorum hoc tentatum. Vellem sanè hoc fie-
ri, at non à quibusvis sculptoribus, qui tantum ut rem faciant
quodvis male imitatum euulgant: sed à peritissimo eius rei arti-
fice: illique præesse cuperem virum multijuga eruditione predi-
tum, & in hoc genere studij imprimis diligenter versatum, qui
interdum pictoris manum (ut sic dicam) duceret: Nam uti sci-
entiarum peritum ad quodvis penicillo delineandum minimè
aptum esse non ignoramus, ita pictoris interdum etiam dexterri-
mi oculos fugere, quæ eruditio perspicua sunt, procul dubio noui-
mus. Cùm verò mutuas coniungent operas, opera eorum multo
absolutiora euadere quis dubitat? Interim tamen car-
dide Spectator, horum capita, (dum quis eorum
integras statuas studiosis exhibeat) ex
nostro Museo boni consulas,
& Vale.



SCRIPTORVM VETERVM AC RECENTIVM,
QVI EX PROFESSO DEORVM
GENTILIVM HISTORIAS VEL
IMAGINES DESCRISE-
RVNT, ELENCHVS.

Ex Veteribus.

- APO LLO DORVS ATHENIENSIS, de Deorū origine.
M. TVL LIVS CICERO, de natura Deorum.
PHVR NVTVS, siue vt alij CORNVTVS, Speculatio de Deo-
PHILOSTRATVS, de Iconibus. (rum natura.
C.IVLIVS HIGINIVS, Fabularum liber.
ALBRICVS PHILOSOPHVS, de Deorum imaginib⁹.
PAVSANIA S, in sua Græcia admodūm frequens est in
describendis Deorum statuis.

Ex Neotericis.

- IOANNES BO CATTIVS, de Genealogia Deorum.
LILIVS GREGORIVS GYRALDV⁹, de Deis gentium.
IVLIANVS AVRELIVS HAVRECHIVS,
de cognominibus Deorum.
IOANNES PICTORIVS, Apotheosim.
MELCHIOR BARLÆV⁹, de Dijs gentium lib. 3.
carmine Elegiaco.
VINCENTIVS CATARRVS, de imaginibus Deo-
rum, Italica lingua.
GVLIELMVS CHOVLIVS, de imaginibus & Na-
tura Deorum Gallica lingua, nondum excusus.
VLYSSES ALDROANDVS, de statuis Vrbis Romæ,
Italica lingua.


AESCVLAPII.




*Ex nummo argenteo M.
Aciliij M'.F.M'.N. Glabronis.*

B

APOLLINIS.






APOLLINIS.




*E*x nummo argenteo
M. Petorij Cest.



BACCHI.




Ex nummo argenteo L.
Castij. Q. F.



BONI
EVENTVS.



Ex numo argenteo
L. Scribonij Libonis



CANOPI.



*Ex tabula hieroglyphica Pe-
tri Bombi.*

CAST. & POLIVCIS.




Ex nummo argenteo M.
Cordi Rifi.



CERERIS.



*Ex nummo argenteo
L. Castij Ceciani.*



CERERIS.



Ex nummo argenteo
C. Iul. Cesaris Dictatoris.

D

CLEMENTIAE.



Ex nummo aereo Tiberij Imp. Aug.

CONCORDIÆ.




*Ex nummo argenteo
P. Fontei Capit. III Viri.*

CUPIDINIS.



*Ex nummo argenteo
C. Egnatij Maximi Cen*



CYBELIS.



*F. ex nummo argenteo C.
Fabij C.F.M.N.Pictoris.*



DIANAE.




*Ex nummo argenteo
C. Postumij.*

FELICITATIS.




*Ex nummo argenteo L. Corne:
by Sülle Flaus F. Fel. 32.*



FIDEI.




Ex nummo argenteo A. Li:
cinij Nerue Siliari III vii.



FLORAE.



*Ez nummo argenteo
C. Scruili C.F.P.N.*



GENII P.R.



*Ex nummo argenteo
Cn. Cornelij Lentulii Reen*

HERCVLIS.



*Ex numo argenteo.
M. Perperne Nepotis.*



HONORIS.



*Ex nummo argenteo, Italico
et Romae statuas exhibente.*



I A N I.



*Ex nummo argenteo
triumphali*



IOVIS.



Ex rumo creo Ptolemei
Regis Lgypti.



IOVIS AMMONIS.



*Ex nummo aere
Imp. Traiani lug.*

IOVIS AXVRIS.



Ex nummo argenteo.
C. Vibij Panse C.F.



ISIDIS,




*Ex nummo argenteo; in
cuius dorso. Vota publica.*

H

I V N O N I S
S O S P I T A E.



Ex nummo argenteo, L.
Thori Balbi.



IUNONIS
REGINAE.




Ex nummo argenteo P.
Crepusi, & C. Limita.

IUSTITIAE.



*Ex numo eroe Corinthi-
aco Tib. Cesari.*



LIBERAE.




*Ex nummo argenteo
Q. Casij Q.F.*

LIBERTATIS.



*Ex nummo argenteo
Bruti, C. Iulij percusso*



MARTIS.




*Ex numinulo ero Imp.
Constantini Aug.*

MERCVRII.



*Ex nummo argenteo
C. Mamil. Cimeti*




MONETAE.



*Ex nummo argenteo
T. Carissi.*

K



NEPTVNL.




*Ex nummo argenteo L.
Lucretij Tricp.*



NEPTVNL.




*Ex nummo argenteo CN.
Pompei CN.F. SEX.N. Magni*



PALLADIS.




Ex nummulo greci Imp.
Cesaris Domitiāni Aug.



PANOS.



Ex nummo argenteo C.
Viby C.F.C.N. Panse.



PACIS.




*Ex nummo aureo
Cesaris D.F.*



PENATIVM.



*Ex nummo argenteo
C. Sulpici C. F.*



PLETATIS.



*Ex nummo argenteo
Q. Cecili Metelli Pij.*



PLUTONIS.




*Ex nummo argenteo, S^d
Noni P. F. Sufenatis.*

M

QVIRINI.



*Ex nummo argenteo
C. Memmi C.F.*



ROMAE.



*E*nnummis argenteis
Consularibus.

SALVTIS.




*Ex nummo argenteo
M. Scilij Nepotis.*

SARAPIDIS.




*Ex numo argenteo, cui à
tergo Vota publica.*



SATVRNI.




*Ex nummo argenteo L.C.
Memoris Galvani*



SOLIS.




*Ex numismate argenteo
L.P.Lautij Planci*



SOLIS INVICTI.




*Ex numulo qreō, Imp.
Consantini Aug.*



SPEI.



*Ex nummo argenteo C.
Clodij C. F. Ves Falis.*



VENERIS.




*Ex nummo argenteo
C. Iulij Cæsaris.*

VESTAE.



*Ex nummo argenteo
Q. Cassij.*



VICTORIAE.



E nummo argenteo
T. Carisij.

VIRTUTIS.




*L*ex numo argenteo M'
Aquilij M: F: M: Nepotis.

VULCANI.



*Ex nummo argenteo L.
Aurelii L. F. Cottæ.*



CAPITVM DEPICTORVM
HVIVS LIBRI ORDO, ET AL-
phabeticus Index, qui idem est.

AESCVLAPIVS

APOLLO

APOLLO alter

BACCHVS

BONVS EVENTVS

CANOPVS

CASTOR ET POLLVX

CERES

CERES altera

CLEMENTIA

CONCORDIA

CVPIDO

CYBELE

DIANA

FELICITAS

FIDES

FLORA


GENIVS P. R.
HERCVLES
HONOR
IANVS
IVPITER
IVPITER AMMON
IVPITER AXVR
ISIS
IVNO REGINA
IVNO SOSPITA
IVSTITIA
LIBERA
LIBERTAS
MARS
MERCVRIVS
MONETA
NEPTVNVS
NEPTVNVS alter
PALLAS
PAN


PAX
PENATES
PIETAS
PLVTO
QVIRINV
ROMA
SALVS
SARAPIS
SATVRNV
SOL
SOL INVICTVS
SPES
VENVS
VESTA
VICTORIA
VIRTVS
VVLCANVS.


Dñs Sebastianus Baer
Delphius approb.


ANTVERPIÆ,
Philipus Gallæus excudebat.

1573.









44

347

PAPER 35-B
12 DEC

